
234

M

12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

234 M 12

NK 975

IEAR

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

72.
Lt. 226545
Geraldinus
N° 615
22 Ell

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

E. S. 4º 32529

E. G. Gersdorf
ex auctione publica d. 29.
Nov. 1820 emit.
9l

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

381288.

# Bucolica Antonii Geraldini poetę laureati et protho notarÿ apoſtolici



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

## ¶ Antonij Geraldini poete laureati Prothonotarijq; apoſtolici in bucolica ſua ad illuſtrez dominum Alfonſum regis hyſpanorum filium preſulemq; caeſara Auguſtanum Proemium.

Si omnis humanae philoſophiae ratio hoc i primis iubet: vt quod quiſq; profitetur id preſtet. neſcio pfecto illuſtris et ampliſſime Alfonſe hyſpanorum regum ſoboles. quid meo muneri conuenientius rear. quam res ſacras ſcribere qui ſacris iampridem iniciatus. prothonotarij apoſtolici titulo ſum inſignitus. Cuius quidem muneris ea prima fuit inſtitutio Clemētis antheri Fabianiq; maximorum pontificum decretis. vt geſta mr̄tyrum. ſacrarūq; rerum myſteria litteris commēdarem. Quod pfecto eo libentius ſum aggreſſus. qḋ te caeſar auguſtanum pontificem ad religionem coeleſtemq; illam ſapientiam que ex veri dei cultu manat ea aetate qua nunc es tenera ſcilicet et vix pubeſcenti. procliuiorem quam reliquos maturos noſtri ſeculi viros comperi. Cuius caſtis et ſanctiſſimis auribus illa tantum digna iudicaui quae et ſancta eſſet et diuina. Exiſtimamus etiam me non nihil luminis allaturuz hijs qui res chriſtianas latine aut diſcere aut docere alios voluerint. Qḋ ſecus ab alijs factitari audio. qui poeticam magis imitatione quam arte ſectantes ad gentilia relabuntur. nec quicquā niſi ethnicum aut profanum potius canere conſueuerunt. Quod ſi probari ſenſero. ſtatim hymnos noſtrorum heroum et faſtos quos paulo ante icepi. abſoluam. Uale interim et ingenijs vt ſoles faue.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

# Aegloga prima de ſaluato ris noſtri natiuitate Interlocutores Mopſus et Lycidas. hoc eſt ipſe pręſul ceſar Auguſtinus. et auctor carmis

Uſd gelidi vitrea dum ſic recubamus in herbis — Mopſus
Non placidum biſori modularis arundine carmen
O lycida resonant quo curuo margine rupes
Proximus et labens per culta reſultet hiberus
Defluat ac placidis applaudens gallegus vndis
Quis te torpor habet: dudum mulcere ſolebas
Paſtorum tetricas blandis modulatibus aures
Cur me Mopſe iubes calamos tentare repoſtos
Cum frenat fluuios glacies. cum lamina ferri — Lycidas
Diſſilit. et coeli dureſcunt vina rigore
Non melius liquido celebrabimus ocia mulſo:
Dum congeſta focis crepitant mala robora truncis
Et feſtum geniale monet ritusq; parentum
Inſomnes vario noctes deducere ludo
Id vulgus vanaq; ſolent ſeruare puellae — Mopſus
Et pueri. quibus eſt damnoſi cura fritilli
Tempora quos pingui mos eſt onerare lyeo
Nos alios operum ludos decet edere. noſtra
Quin age dudum aliquid dignum meditare mineruā
frontis honos. ſtudij grauitas. aetasq; virilis
Nil fluidum nil turpe ſinunt vel inane vel excors
O decus aetatis noſtrae qui moribus annos — Lycidas
Anteis. exuperasq; ſenes. virtute verendos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Spem ne tue cantare iubes puer indolis. an quae
Jam dudum ipſe parens armenti diues hiberi
Ampla repurgatis patefecit paſcua ſiluis
Affixitq; lupos crucibus leo ſtrinxit et vrſos
Serpenteſq; truces dirarum et monſtra ferarum
Non cupio iſta mihi narrari. non etenim ipſi
Mopſus Praebemus faciles vltro aſſentantibus cauſas
Sed quae de puero potius ſolennia nato
Unde ſalus orta eſt. vnde haec tam clara videmus
Lumina. dic ſodes. et myſtica ſacra referto
Me miſerum quis me vaſti iubet aequoris vndas
Lycidas In ſcrobis exigue puteum conferre pedalem
An neſcis ſubita theopompi lumina nocte
Obriguiſſe. dei dum ſe temerarius index
Ingerit arcanis. et verbis ſacra prophanat?
Nil timeas. animos deus inſpicit. et tibi candens
Mopſus Si modo conſultrix aſſiſtat in aure columba
Non Licidas ſed Homerus eris porrectus in altum
Serpere nuper humi conſuetus homuntio poſthac
Uas totas celſa ſuperabis fronte cupreſſos
Uellem equidem. ſed me nimius pauor occupat. et quae
Lycidas Preſſa mihi fuerat ſimilis haſtilibus horret
Caeſaries. torpetq; hyemali frigore corpus
Et noctem referens nocturnum agit heſperus agmen
Qui lato diffuſa polo mox ſidera paſcet.
Mopſus Improbe quid damnas hyemem. quid veſperis horas
Bruma fuit. tardas et habebant tempora noctes
Cum petiit teneram parituræ virginis aluum
Ueſpere erat cum ſe noſtris ſator intulit oris
Juſta laboriferis diſpenſans dona colonis
Uera refers. atq; omnis idem vicinia cantans

Lyn.

Aſſerit. alternisq; emulcet cantibus aures
Fatidici in primis vates. quorum inclyta primo
Cornibus vt celeri fauno frons fulſit eburnis
Jſq; hijs praedixit diuinum ambagibus ortum
Ecce rubum video flammis crepitare coruſcis
Non tamen ipſa vllo fruticis faſtigia damno
Comminui. quamuis ignis vagus omnia carpat
Accedam. deus ecce deus. qui cuncta nouando
Permutat rerum facies. et ſecula luſtrat.
Arentem virgam frater dum ponit in ara
Corticibus ſubitis emittere germina vidit
Et florem et virides producere phillida ramos
Aſt alius quatiens ferrata caſſide vultus
Rector ait ſuperum certe da ſigna ſalutis
Si iam tota nouis madeant haec vellera nymbis
Dum circum eſtiuo torreantur cuncta calore
Et rurſum dum terra fluet conſperſa ſub vndis
Si tantum hec fuſos pellis non ſenſerit imbres
Huius ergo populi defenſor. nec mora lanae
Intumuere vndis. tellus ſtetit arida circum
Mox maduit viridis nonſparſo tergore campus
Hinc quidam occurrit. quem ſic annoſa vetuſtas
Praefatum quondam non laeto prodidit ore
Aſpicio portam ſolis conuerſus ad ortus
Clauſa fuit ſemper. claudetur et omnibus horis
Hac deus ingrediens. hinc eſt egreſſus et idem
Hinc reſidens puri libauit cruſtula panis
Atq; ideo calcare nefas haec limina cuiq;
Nec licet humanis temerari paſſibus aulam
Quam formans deus eterno ſibi vecte dicauit
Hec mihi tu iam prima ſignans lanugine malos

Pretereundus eris ſacer heros. ipſe tremendam
Proſpectas ſtatuam. cuius fuit aurea clari
Effigies capitis. pectuſqꝫ et brachia candent
Argento. femora et venter ſtant aere ſonanti
Ferrea crura pedum. viſa eſt pars vltima partim
Ex ferro partim e terra concreta tenaci
Hinc lapis haud vllis manibus de vertice montis
Abſciſſus molem inuaſit ſignumqꝫ repente
A pedibus. pulſum horribili cecidiſſe fragore
Et teſtam et ferrū ſimul aes reliquumqꝫ metallum
Omnia trita. velut tenues volitaſſe fauillas
Nec manſiſſe vides operis veſtigia tanti
Quin lapidem ſumma collis de parte reuulſum
Hinc ſatum hinc rupem tumulū dehinc deniqꝫ factum
Paulatim in montis dorſum creuiſſe ſupremi.
Uerum longa mora eſt vatum praedicta referre
Omnia nec tenues tanta ad molimina vires
Sufficiunt. nec fert tam magnos fiſtula cantus.
Hunc ſacri patres et quas dixere ſibillas
Foeminei ſexus vates et numina gentis
Uenturum varijs praemonſtrauere figuris
Ac velut optatum deſignat lucifer ortum
Naſcentem nitido praecurrens lumine ſolem
Sic hunc terga gerens ſetoſi hirſuta cameli
Praeuius extenſo populis procul indice curſor
Crimina tollentis ſpecie monſtrauerat agni
Quē prius intra vterū matris veneratus anhelae
Pregnantis ſubito concuſſit viſcera motu
Hunc puerum tellus oriturum ſenſit et aether
Omnes eſſe deum ſimul aſſeruere virumqꝫ
Progenitum. vt fragilis deleret crimina mundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Non laeſiſſe aluum caſtae nec membra parentis
Qui venit e coeli regione ſalutifer orbi
Non demum vt reliqui mortali ſemine cretum
Sed genitum ex verbo moderantis cuncta tonantis
Flaminis eterni inſertum diuinitus arce.
Sed cur tam lento paſſu procedimus? ecce
Aliger e ſupera deſcendit nuncius arce
Gaudia laeta ferens paſtoribus: hijs quoq; ſi vis
Cum boue cumq; aſino gelida ad preſepia iuncti
Diuinum infantem proni veneremur. vterq;
Pergamus, nam pone greges deducet ad vndas
Cui modo commiſi pecorum doctiſſimus alcon

## ¶ Aegloga ſecunda de regum adoratione ad infã tem Jeſum. Collocutores ipſi reges Caſpar Bal taſar. Melchior. ſub nomine Granici. Batti. et Myconis paſtorum.

Signa noui partus primos orientis in vnum
Exciuerant reges. Et toto fulgida coelo
Nulli nota vnq̃. aut alio ſub tempore viſa
Praeſignabat iter iam tractu ſtella coruſco
Deducens longos flammatum lumine ſulcos
Eſt locus agricolae quem tũ coluere ſabei
Totus odoratis exhalans vndiq; ſiluis
Cinnama qui coſtumq; ferat. qui diues amomi
Balſamaq; et myrrham occiduas tranſmittat in oras
Paſſim vbi virga ſacris conſurgit thurea guttis
Hicquoq; foelices nardi naſcuntur ariſtae
Et quodcũq; omni in patria mercantur aroma



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Seu radice valens. ſeu trunco et germine. ſiue
Utile corticibus ſudore. aut glutine lignum
Seu lachrymis opus eſt. ant flore aut frondibus uſqꝫ
Siue voluptatis cuiquã eſt. ſeu cura ſalutis
Nec careat aut gemmis aut fului dotibus auri
Cui vicinus arabs. ſinus et quem perſicus ambit
Diſtat erithrei nec multum a gurgite ponti
Hinc tres ex tantis opibus tria myſtica ſumunt
Aurum. thus. mirrham puero munuſcula nato.
Sic olim Salomon ſolio ſublimis eburno
Splendida ſuſcepit magnorum munera regum
Imprimiſqꝫ ſabe reginae ingentia dona
Cynameas meſſes. gemmas. auriqꝫ talenta
Quot nunqꝫ ſacram congeſta feruntur in vrbem
Atqꝫ ita qui multo languebat granicus euo
Vix ſua membra ferens et curuo vertice nutans
Albior et vetulo ſub mento hirſutior hirco
Eloquitur. mulcens promiſſam in pectora barbam
Grani. Batte ſenes inter nondum numerande. nec ori
Accedens iuuenum medio ſub limite vitae
Cunctis adhuc victor. tuqꝫ o cui prima iuuentae
Tempora ceperunt flauis pubeſcere villis
Clare mycon. pleno captatis pectore ſomnos.
Nec pudet in tanta radiorum ſtertere luce:
Hoc iubar hoc nitidum ſpecioſa lampade ſidus
Credite non noſtris nequicquam apparuit aruis
Nam puer in coelo genitus ſine matre micanti
Immenſus. conſorſqꝫ patris. patriqꝫ coaeuus
Hic genitore carens in terra natus agreſti
Prodit ab anguſta non tacte virginis aluo
Lactis opem ſumens, qui condidit omnia nutu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Nec quas pauit oues pariter cum ſtirpe peremit
Et deus humano viſens ſub corpore terras
Ad preſepe iacet quod nunc praefertur olympo
Hic tegitur laceris vix membra infantia pannis
Ut doceat proceres nimios contemnere luxus
Uenit enim vt renouet perituri ſecula mundi
Merſurus ſummos. humiles ducturus in altum
At genitrix teneris immulgens vbera labris
Aſpectat. qualem pictis per templa tabellis
Aligeri veteres puerum coluere figura
Non face ſed vultu atq; oculis qui ſpiret amorem
Huic igitur noſtri cultus monumenta feramus
Battus ad haec. dudum mihi mens preſaga mouebat — Battus.
Sopito miras ſomni ſub imagine formas
Nam viſum eſt moto reſerari cardine coelum
Diuinoq; agros omnis luſtrarier imbri
Nec mihi tam placidam nox attulit vlla quietem
Huic igitur noſtri cultus monumenta feramus.
Excepitq; Micon. et nunc ſic viſa ſecundet — Mi.
Qui tener in duris vagit preſepibus infans.
Ut nunq̄ tanta cepi dulcedine ſomnum
Nam modo ſublata in nubes ceruice videbam
In terras coelum ferri labentibus aſtris
Rurſus humum coelos miro tranſcendere motu
Atq; dei atq; hominum commertia foedere certo
Sanciri. vt regnent eterna in pace per aeuum
Huic igitur noſtri cultus monumenta feramus
Arripiamus iter nec nos via terreat atuos
Quos vſus docuit monuit quos grandior aetas
Dicite digna ſatis puero quae dona paremus:
Granicus haec haud vlla ſatis mihi digna videntur — Gra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Sed cum venturi ſit nota potentia regni
Cum videam turmas victriciaqꝫ agmina circum
Ardenti ſtudio innumeros paritura triumphos
Laurigeroſqꝫ duces oneratos brachia palmis
Purpura quos roſeo veſtit decocta cruore
Cum celebrem anguſta cernam grauitate ſenatum
Scribaſqꝫ. et niueae ſuffragia publica plebis;
Huic ego non fruſtra fuluum dabo cernuus aurum
Battꝰ Aſt ego Battus ait. quoniam laturus in orbem
Eſt alios mores. mira pietate ſacerdos
Tollet et antiquos ritus et ſacra nouabit
Vitalem inſtituens ſanctis altaribus eſcam
Poſtreme celebrent populi miſteria coenae
Huic offerre paro precioſi thuris aceruum
My. Deinde Mycon fatur. ne illuc ſine munere ꝑgam
Ipſe feram puero lachrymoſae vaſcula mirrhae
Nam cum ſit gelidi ſubiturus clauſtra ſepulchri
Manibus vt vacuet ſanctorum tartara patrum
Et ſpolijs redeat rediuiuus victor opimis
Tercia cum trepido noua lux effulſerit orbi
Cum pompa nitidum leuis aſcenſurus olympum
Nil tali reperire queam opportunius acto
Sed modo cur pandos ceſſant onerare camelos;
Cur iumenta tenent: quis nos remoratur: eamus
Et iam praecedit quod ituros prouocet aſtrum i. in ituros correpta.
Grande. ſuo illuſtrans montes et plana nitore
Liuidus Herodes puerum ne laedere poſſit
Cum cedet teneros gladijs immitibus agnos
Poſt alio in noſtras redeamus tramite valles

¶ Aegloga tercia. Joſeph et Maria ſub ioſephi ac marie q̄ſt⁹ de filio amiſſo. eorūq̄ ac Jeſ⁹ filij tādē reperti collocutio

Jo.

Eu ſpes ampla domus noſtrae lux vnica vitae
Et ſuperis dilecte puer placabilis imis
Candidior niuibus coeli rutilantior aſtris
Qua nunc ſolus abes nobis regione relictis?
Quo ſine iam preceps inuitus demoror euum
Certe ego credideram dum magna ex aede redimus
Feſta luce ſacrae luſtrantes menia terrae
Inde mares atq; hinc mulierum maximus ordo
Tecum foemineos coetus celebraſſe marica.

Ma.

Immo ego iuncta ſequi tecum veſtigia rebar
Et puerum potius lateri acceſſiſſe paterno
Sed tritum relegamus iter, quaeramus et vna
Quem modo ſe iuncti puerum dimiſimus ambo
Joſephe quid ceſſas: nodoſum ſume bacillum
Quo melius poſſis plantas fulcire trementes
Nam timeo ne quid caſus occurrat acerbi
Interea, huic gentes pridem inſidiantur iniquae
Et ſenſi et noſtrae eſt pignus puer ille ſalutis.
I prae nanq; ſequar pergas quocunq; licebit
Sanguine iuncta mihi atq; eadē ſciſſima coniunx
Sed lachrymis vincor, nec quicq; cerno profuſis
Nec timui tibi teſtor enim, tum deniq; tantum
Cum te pregnantem noſtro non ſemine vidi
Virgineum quemq; vetitus libaſſe pudorem
Nec dum celeſtis firmatus voce miniſtri
Te volui in patriam externam migrare relicta
Quantum laſſa nouus mihi concutit ilia terror
Ipſa quoq; extimeo nō nunc ſecus excita, quam cum

Ma.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Monſtriferam egiptum niloticaq; arua ſecuti
Infantem intrepidum timidis portauimus vlnis
Ne ferus Herodes crudeli occideret enſe.
Sed quis me miſeram tantum tolerare docebit
Quae vix ferre queam praeludia prima doloris:
Senſi quando recens cruor eſt effuſus ad aras
Aſſumptaeq; dedit carnis libamina prima.
Dum puer antiquo poſuit praeputia ritu
Senſi etiam ſacram quando eſt oblatus ad aedem
Cum Symeon ſeuus penetrabit ad intima dixit
Enſis. et immenſo feriet tua corde dolore.
Non fruſtra Salomon noſtre lamenta querele
Edidit, accedam, dicens quaeramq; per vrbem
Si forte inueniam quem mens mea diligit vſq;
Hic potius queramus eum. vicina noſtra eſt

Joſe.

Forte latens inter ſocios charos ve propinquos.
Ut phoebus tandem depulſa nube nitentes
Oſtendat vultus nobis. orbemque ſerenet.
At cur hic tantum ſtudio exercemur inani
Jam luxe facta eſt. nec vico apparet in omni
Cras melius celeres vrbem templumq; petamus

Mari

Ut ſuades veneranda ſenex comiſq; marite
Cui mea virginitas tuto commiſſa fideli
Sed rogo nunc laſſus artus compone cubili
Et paulum tacitae concedens lumina nocti
Depoſita tenues grauitate recollige vires.
Interea eternum ſupplex orabo parentem

Joſe.

Ut noſtram vtq; ſuam ſobolem tueatur vbiq;.
Jam luces abiere duae et nunc tertia fulget
Perluſtrans orbem croceis aurora capillis
Neſcio quid coniunx laetum mens nunciat, ecce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Nonne vides celebris cum templi tecta ſub imus
Biſſenos puerum qui vix dum compleat annos
Mutua cum doctis ſenibus conferre diſertum
Eloquia. et tantam ſapiendo euincere turbam
Cur ita ſollicitos feciſti nate parentes: Mari.
Dum ſimul ignoras rerum vitaeque tuaeque
Meqꝫ patremqꝫ tuum non laeta mente relinquis
Perqꝫ vias plateas perqꝫ omnia compita laſſas:
Quaerendo. nempe ipſe tua pietate priores
Exuperas. meliuſqꝫ ſapis quam quicquid vbique
Eſt hominum. fuerit ve vnqꝫ. aut deinde futurum eſt
Pone precor triſtes genitrix pulcherrima curas Iose.
Quoqꝫ magis caſtae tu pignus diligis alui
Hoc magis emiſſi foetus ſolare laborem
Et quem rite colis proprio ſine munere fungi
Nam ſuperi mandata patris faciamus oportet:
Ipſius vt verbo genitum me ſentiat orbis
Quemqꝫ olim ad pugnam egreſſum betelemica tellus
Prima tulit paulum nunc nazarea tenebit
Ultima poſt ſolum cernent certamina muri.

## Aegloga quarta de Baptiſmate et tentatione ſaluatoris. Collocutores Jeſus et diabolus ſub nominibus Jollae et Charonis

Etigeri vatis manibus luſtratus in vnda
Fluminis ad ripam iordanis paſtor iollas
Non ſibi ſed ſeptis operoſa piacula captans
Deſerti ſecreta petit tentandus an eſſet
Quem vox alma patris ſuperi labenſqꝫ columba
Non vano auſpitio coleis vulgarat apertis.
Inde quaterdenae peragit ieiunia lucis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

1A.

Moſei patris atq; heliae exempla ſecutus
Quando nouis ſtuduit veteres adiungere ritus
Ut paries geminus ſaxo connectitur vno
Unis ſaepe duo committit ouilia murus.
Nec quicquam interea cereris nec mitis iachi
Non lac commixtum fragis non flumina libans
Ulla.nec euulſis paſtus cadicibus.aut quo
Rore poli.ſubito morientia culta reſurgunt.
Eſuriit tandem moroſam paſſus orexim
Quem ſator vt vidit tribuli ſegetiſq; malignae
Non coeli aut terre nimiis feruoribus vſtus
Sed vitio geſtans inflecti pectoris ora
Ethiopū.viridiſq; intorquens lumina flammae
Aggreditur tali cunctantem calligus arte.
Chsrou Agnoſco videoq; tuum formoſe nitorem
Supra hominemq; infraq; deum potes ipſe videri
Sed quo te ſummi natum rear eſſe tonantis
Effice quos ſterili lapides calcamus in agro
Frugales verſi ex templo mutentur in eſcas
ob. At non humanis menſis alimenta miniſtrat
Sola ceres.ſimplexq; hominum cibus explicat artus
Sed verbo producta dei quae multa creantur.
Deinde ſenex iuuenem ſacratae ad moenia terrae
Elicit.et templi ſublimis in arce locatum
Ut prebet aetherea genitum ſe ſtirpe precatur
Precipitem pinna ſeſe demittat ab alta.
bas: Nam veterum teſtantur(ait)monumenta virorum
Nulla dei quondam nocitura pericula proli
Coeleſti mandauit enim pater ipſe cateruae
Ut genitum mundi luſtrantem littora ſeruēt
Efferat inq; vlnis ne pes offenſus eundo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Ceſpitibus duris aut ſaxo occurrat iniquo.
Cui diuina puer ſic rurſus labra reſoluit.
Vos quoqꝫ priſcorum ſanxere volumina patrum
Quod ſcelus infandum eſt dominum tentare deumqꝫ!
Et ſe laedentes non lenta vlciſcitur ira
Hinc tandem in ſummi porrecta cacumina montis
Unde patens fuerat terras proſpectus in omnes
Perducens iuuenem tenebroſi pectoris index
Index qui primos foelici in valle parentes
Aggreſſus. quondam diro deceperat aſtu
Innumeras oſtentat opes. varijſqꝫ fluentes
Diuitijs vrbes. et vaſti maxima mundi
Imperia. et populos dominus ſeruire paratos
Atqꝫ ait. haec noſtri cultus tibi premia ſunto
Si modo pronus humi veneraberis omnia dantem
Tum facie rutila velut acrem incenſus in iram
Ultima tentantis ſic paſtor verba repreſſit
Hinc ſcelerate charon procul hinc veſane faceſſe
Teqꝫ meo mendax quam primum ſubtrahe vultu
An malus ignoras diuino in codice pictum
Tu dominum atqꝫ deum tantum ſubiectus adora
Hunc precibus venerare pijs. huic ſedulus omni
Aſſiſtas cultu. ſupplexqꝫ hunc excipe votis
Protinus hijs dictis ſenior conterritus auffert
Ex oculis ſeſe dirum ſtridenſqꝫ gemenſqꝫ
Atqꝫ abiens tetris viciauit odoribus auras
Nec tulit vlterius ſpeciem fulgentis. at illi
Alati laetas epulas poſuere miniſtri
Qui mox dulciſono complerunt aethera cantu

## ¶ Aegloga quinta de chriſti miraculis. Col

**Collocutores Linceus et Athys hoc eſt auctor carminis et celius ſub iudice p̄themio**

Candida vere nouo coeli nitet aura ſereni
Flores vernat humus lucent ſata. germinat arbos.
Et volucres varijs agros concentibus implent,
Nos quoq; dum carpunt gemmantia pabula foete
Mitis Athys foelix inuitet ad ocia tempus
Laeticia ad cantus. alternaq; verba ferentes
Parthemio. ſi vis. certemus iudice namq;
Propoſuit geminos vincenti premia thauros
Ripa ſaginatos aluit quos dulcis hiberi
Et bonus ingenijs paſtor fauet. euge relictis
Raſilis ad numeros inſletur tibia curis
Quaeq; ſalutiferi celebres miracula chriſti
Quattuor in templi paſtores fronte notarunt
Falcibus. effigie diuerſa membra tegentes
Hic hominis. bouis hic. aquilae ille. atq; ille leonis
Materiam noſtris ſumamus verſibus aequam

**Athys** Tu potius cantes quem nymphae blanda canentem
Linceu. quem fauni celebres paneſq; ſequuntur
Nam neq; me reſonis mulſerunt flamina cannis
Nec ſyringa melos fundit. nec ſpirat apollo
Nec ſi muſa roget. tecum temererius auſim
Certare. aut precium thauros ſperare toroſos
Uerum age ſic potius (noſtrum experire laborem)
Parthemio vt feſti dentur libamina luſus

**Lyn.** Ipſe legam flores. teretes tu finge corollas
Ne fugae. ne vulgi cantorum more rogatus
Incipias aegre. deſiſtas aegrius. atq;
Praedura vt protheus expectas vincula vates

Nanqꝫ ego te nuper latebroſa in rupe ſedentem
Uirgea dum ſaturas deduco ad ſepta capellas
Dulciſona ſenſi modulantem carmen a[illegible]iens
Incipe. ſitqꝫ tuis et primus et vltimus idem
In numeris nutu qui temperat omnia ieſus.
Dic primum vt bibulo reſidens in littore linis
Ad ſe piſcantes iuſſit tranſire relictis
Atqꝫ hominum melius piſcari corda ſequendo.
Ut mox nubentis tendens ad feſta mariti
Prandia. quādo hylarans deerat conuiuia bacchus
Oppletis ſubito lymphis albentibus vrnis
Juſſerit incluſos latices mutare colorem
Inqꝫ merum liquidas conuerti protinus vndas
Quin illum memini vomicas curaſſe putrentes
Quorundam. lacero cum corpore tabidus humor
Serperet. et traheret labes elephantia pulpam
Nec minus hunc alijs cum moribus frigidus artus
Ut rigidis tenues flabris. agitantur ariſtae
Concuteret membris. ſolitum eieciſſe tremorem
Et ſolido tremulos neruos fulciſſe vigore.
Sic aliquem rurſus conſumpta aetate morantem
Piſcinae in caſſum motus defeſſa grebato
Tollere membra iubens patrias dimiſit ad aedes
At miſeram petri ſocrum cum febris in imis
Oſſibus haeſiſſet totas hauſtura medullas
Letali et fibras vitales vreret eſtu
Incolumē tantum dextra tangente reliquit.
Idem aliam eluuie corrupti ſanguinis atras
Foedantem veſtes. ſiccato vulnere ſanam
Reddidit. extremae cum veſtis tangeret oras
Arentem alterius dextram reuireſcere mandans



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Flexibilem ad cunctos mulcendo praeſtitit actus
Strumoſam. atque caput procuruam erexit ab imo
Ipſe ſolo. et ſtellas iuſſit ſpectare micantes.
Aſt alium cui labe cutis laxata tumeret
Luteus et clauſis venter turgeſceret vndis
Depulſo exeruit morbo. lymphaticus alter
Illius attactu ſubito curatus abiuit.
Mutorum linguas nodataque labra reſoluit
Atque oculis caecis. ſurdis reſerauit et aures
Dans ſputum atque lutum laeſis collyria membris
Spiritibus multos immundis liberat olim
Obſeſſos. teſtis cui mutum eiecit ab ore
Spiritulum. teſtis cui ſeptem foemina ſeuos
Demonas expulerat. teſtis cananea iacenti
Anxia pro nata christo ſub iudice: cuius
Eſt laudata fides. rauca dum voce precatur
Nate Dauid miſerere mei. miſerere dolentis
Sed quid ſanatos repetis: nonne ipſe feretro
Flatum. matris ſpem ſolam et luce carentem
Compoſitamque thoro mox natam auiſtiris. vno
Admonitu. e gelido fecit conſurgere lecto
Et numen laudare ſuum: nonne ipſe ſepulchro
Laſaron exciuit. quarta iam luce fluenti
Corpore foetentem. decurſaque tempora vitae
Inſtaurans viuis. defunctum accumbere iuſſit
Verum id non tanti. tamen eſt mirabile. nanque
Linceus occultum mentis motum ipſe videbat
Et quod quiſque regens ſecretum fecerat abſens
Senſit. et hinc verbi ſub ficus ſtipite dicti
Nathanael coetum ſibi conſcius iuit in almum
Hinc mulier veteris cognoſcens crimina culpae

Iudicioqꝫ cuicta ſui rea iudicis. olim
Ad puteum huic limphae prebens potabilis hauſtus
Expleta eſt. propriamqꝫ ſitim ipſiuſqꝫ leuauit.
Sed numero vincor ſignorum. nempe repreſſa
Tempeſtate maris. ſocij cum fluctibus acti
Huc illuc iamiam ſummerſa puppe natarent
Imperio frenans tumidum compeſcuit aequor
Quod mox non madidis calcauit greſſibus idem
In nauim ad ſocios ſera iam nocte reuertens.
Nunc repeto. fuit hoc celſo cum e monte rediret Lyn.
Exactis precibus. cum nazarea coiſſet
Turba ferox. illum vt ſcopulo detruderet alto
Precipitem. quando ex oculis euanuit ipſe
Per medias vadens turmas. nec viſus ab vllo
Cum prius ille fame turba languente per agros
Millia quinqꝫ hominum dapibus ſaturaſſet egenis
Nam piſce ex gemino quinoqꝫ ex pane receptis
Reliquijs cophinos bis ſex impleſſe feruntur
Sic alias ſeptem non magnis panibus. atqꝫ
Piſciculis paucis viuentum millia farſit
Quattuor. exceptis pueris ac matribus horum
Et reliquum in ſeptem ſportas legere minutal
Hoc autem nulla credam ratione ſilendum
Clarus enim patrum coetu aſſiſtente duorum Athys
Et tribus excitis in montem fratribus altum
Humanam egreſſus formam ſtetit ore micanti
Ut ſol diſcuſſis effulget nubibus. vt quae
Nix modo fuſa albet. ſic candens luxit amictus
Et vox e niuea deſcendens inclyta nube
Eſt audita patris. hic eſt dilectus in aeuum
Omne mihi natus placuit mihi ſemper. et illi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Quem genui vobis populi parete redempti
Huic ideo meritos cantu reddamus honores
Lyn. Hec bonus in terris pro noſtris geſſit ieſus
Uſibus. exemplum praebens vnaqꝫ ſalutem
Quando deo atqꝫ homini medium ſe feruidus offert
Sed maiora prius pariter cum patre potenti
Praeſtitit ex nihilo coelos. molemqꝫ profundam
Et genus omne virum formans. genus omne ferarum
Huic ideo meritos cantu reddamus honores
Athys Quid generaſſe fuit nullo de ſemine cuncta?
Ni que condiderat tueretur prouidus auctor
Semper et antiquis addens noua munera donis
Arentem viridi repararet germine mundum.
Adderet et genitis ſpecies ac nomina rebus
Egregium vt tanta ſe proderet arte magiſtrum
Huic ideo meritos cantu reddamus honores
Lyn. Summa quidem memoras. illud tamen ipſe ſupremum
Eſſe reor. quod ſe meſſor pro meſſe reſcidit
Et ſator expoſuit proprium pro ſemine corpus
Pro ſeruo dominus miſero ſe vendidit orbi
Occubuit medicus vitam dum contulit aegro
Et fragili eternus iacuit pro ſtirpe creator
Huic ideo meritos cantu reddamus honores
Quo ruitis pueri? praeceps hic proxima rupes
Parthe. Non ſinit vlterius longos vos tendere curſus
Et nox prona cadit. ſed vos pro talibus auſis
Victores ambo thauris cum pinguibus hircos
Accipite. et veteris laudem ſperate cothurni

## ¶ Aegloga ſexta de inſtitutione ſacramēti eucha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

**riſtię. Collocutores ieſus et cephas. hoc eſt princeps apoſtolorum**

Inierat priſci vetus obſeruantia ſedi
Cedibus auſtris mitem placare tonantem
Effuſumque rubris iugulis libare cruorem
Et celebrare ſacras pecorum nidoribus aras
Hinc ſubeunte alio reuolutis orbibus aeuo
Iam noua progenies. ſacra lex. pia venerat aetas
Et iam tempus erat quo magni paſtor ouilis
Immenſique patris genitus. ſpeſque vnica chriſtus
Iam dudum ad feſtas epulas et flumina laeta
Ipſe ſuoſque greges ſuaque haec armenta vocabat
Ergo vbi ſeruantes recutitae ſabbata turbae
Azime feſta focis priſcoque ex more pararent
Cedere luſtrales dapibus paſchalibus agnos
Ille etiam cupiens duodenam paſceret turmam
Et mox hijs ducibus reliquas explere cohortes
Imperat actutum conuiuia ſancta parari
Hic vbi dulcis aquae portantem forte lagenam
Compererint. nec multum illos ſubit inde penates
Ac poſtquam ad coenam biſſenos rite miniſtros
Conueniſſe videt' cunctis diſcumbere iuſſis
In medio perhibent dixiſſe haec verba ſedentem
Nulla mora eſt tradat manibus iamiā ipſe nocentum — **Jeſus**
Et mea fata vocant. quando haec celebrata vetuſto
Preſignant ritu noſtram ſolennia mortem
Nam ſi ſacra deus fieri ſibi talia iuſſit
Quo populum eduro libatis duceret agnis
Seruicio aegipti. ſenior ſi guttura nati
Olim iuſſus erat ſeuo diſtringere ferro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Ut pietas culta deo pietate placeret
Me quoqꝫ clade mea mundi peccata piare
Conuenit. et captam tenebris euoluere plebem
Cede ſalutiferi quem vos nunc cernitis agni
Et pietas pietate mea vincenda. fideſqꝫ
Exuperanda fide eſt. pellatur vt eminus hoſtis
Peſtifer. et barathri lateat ſub gurgite merſus.
Ille lupus variuſqꝫ draco qui ſepta peragrans
Millia multa ouium latebroſa condidit aluo
Imperioqꝫ mori ſummi genitoris oportet.
Ut coeant ſuperis coniuncte hoc foedere gentes
Ultro epulas igitur cuncti libate paratas
Tuqꝫ incumbe meo femori puer inclyte quondam
Ut referes generi precordia noſtra futuro.
Quod ſi ſcire cupis qui me male prodere pergit
Enumero eſt. ſpecta cui tinctam porrigo quadram
Hijs dictis menſa tollit ſe protinus ipſe
Praecinctumqꝫ gerens villis mantile reciſis
Incipit a primo ſociorum crura lauare
Abſtergitqꝫ pedes niueo velamine lotos
Atqꝫ ita dura cephe loturus crura praebendit
In peluim exponens quae plena hos ſtabat ad vſus
Atqꝫ hunc audiuit tali ſibi voce loquentem
Cephe. Haud equidem patiar nec fas eſt ſumme magiſter
Diſcipulum ipſe laues monitor. dnomuis quoqꝫ ſeruum
Cui rurſum haec chriſtus diuino reddidit ore
Jeſus Haec tibi nempe cepha certo niſi laueris inqꝫ
Coeleſtis fies regni non dignus et expers
Ce. Atqꝫ huic deinde cephas. non tantum crura pedeſqꝫ
Sed caput atqꝫ manus totumqꝫ hoc ablue corpus
Si liber' ipſe nihil cunctatus iuſſa ſubibo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Jeſus

Lauticie tanta non eſt opus (inquit) habenti
Cor mundum, nitidoſqꝫ reor vos non tamen omnes,
Quando quidem infecto quidam ſe pectore tollit
Uerum haec nunc vacua mea dicta capeſſite mente.
Ipſe quidem veſtri quamuis dux agminis eſſem
Et dominus, iuſtaqꝫ data dicione potirer
Non tamen interea vobis perſaepe miniſter
(Cum res ipſa tulit) dici fieri ve recuſo
Exemplo vt noſtro maiores deinde minorum
Non pudeat ſeſe vigiles praebere miniſtros.
Sed ſtratis panes ac vina reponite menſis
Atqꝫ haec quae tradam veſtre monumenta ſalutis
Accipite extremum legatum et pignus amoris
Uerbigena id verbo moriturus rite ſacrauit
Hanc ego ſanctificans ſacro luſtramine quadram
Do vobis, corpuſqꝫ meum hoc. ſumite laeti
Et celebrate pij deinceps myſteria ſacri
Hacqꝫ mei turmae ſub religione pientur
Perpetuo memores, ſimiliqꝫ haec vina dicata
Ordine verborum noſtri ſint ſanguinis hauſtus
Namqꝫ calix legiſqꝫ noue fundamen habendum hoc
Pro voto effertur viuorum et luce carentum
Sic igitur gemina iungens conuiuia coena
Cultibus antiquis das finem, exordia ponis
Inde nouis, legiſqꝫ excipies mandata vetuſtae
Inceptaſqꝫ aliam, diuerſaque foedera iungis
Tu medius paſtor ſeclorum et ſumme ſacerdos
Melchiſedech primus cerealia munera templis
Obtulit atqꝫ merum, ſimiliſque viatica cruſti
Deliae rexere pedes frugumqꝫ refectus
Eſt ope, quando Dauid defeſſus ab hoſte rediret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Quam dedit Abimelech ſacratam e limine ſumptam
Haec ſunt coeleſtis pluuialia munera roris
Quae pauere pias tam longo tempore gentes
Per deſerta ſuos loca dum petiere penates
Et patriam antiquam et promiſſae iugera terrae
Hac ope ſacra tibi nunc paſcis ouilia chriſte
Coeleſtique cibo recreas mortalia preſens
Corpora. noſq; beas pura ſi mente litemus

## ¶ Aegloga ſeptima de paſſione ſaluatoris. auctor ſolus loquitur.

Cum liuor edax duros armauit agreſtes
Concurritq; frequens fumoſis concita tectis
Turba nocēs. properās extinguere daphnim
Cum videt huius oues niueum producere vellus
Foeturae que nouae recipi vix caulibus agnos
Et ferri totam lac non venale per vrbem
Nunc ego iamdudum curam hanc dimittite vobis
Unus ait comitū dentur modo premia tradam
Heu vos effigies fratris vicina figurae
Decipiat. cui ficta ferens ipſe oſcula figam
Uos illum actutum manibus vincliſq; tenere
Non aliter quondam bis ſex e fratribus vnus
Venditur: vt mitis terendo victima nummo
Ergo vbi dira fero gens eſt impulſa furore
Vultibus obſcoenis et ſeuo turbine fertur
Hic ibi odorifero moriturus daphnis in orto
Saepe preces patrem veniens fundebat ad altum
Nec mirum. locus eſt herbiſq; et arbore cultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Lectus ad inſidias.ſimili inſidiatus in heruo
Per teretes coluber truncos et brachia ſerpens
Jam primum antiquam ſeduxit murmure matrem
Compulit et vetitis fauces corrumpere panis
Unde virum inuaſit contracta coniuge labes
Quae repens genus et totum foedauit oliue.
Unde igitur mors cepta greges hinc vita manebat
Nec mora fatiferae progreſſa e menibus vrbis
Proruit.vt rapidum preceps captura latronem
Terribiles vultus nigro ſuffecta veneno
Hic torres.gerit ille ſudes.hic ſtipite quemo
Armatus.praefert erecto lumina cornu.
Sed poſtq̄ in viridi quaeſitum protinus agro
Orantem.et riguo ſociorum corpora ſomno
Procubuiſſe vident.non tendere cominus auſi
Subſiſtunt.proniq; cadunt.terramq; maligno
Ore premunt.nec rurſus eos attollere contra
Corpora fert terror gelidos diffuſus in artus
Donec ductorem ſcelerum timidoſq; miniſtros
Qui mactandus erat verbis confirmat amicis
Nimirum dilexit oues quas pauerat. auſus
Pro grege quem coluit bonus idem occumbere paſtor
Et caput vnius pro multis fata petebant.
En adſum.quid amice venis?quod voluis ab atro
Pectore. fac propere expedias.et perfice munus
At vos quid tantos mouit concire tumultus
Ut tanq̄ in pecoris raptorem et lactis opimi
Fuſtibus infeſtis peteretis.et vndiq; ſignis
Non ego terrarum et naturae foedera monſtrans
Uobiſcum in pago et campis ſpaciabar apertis
Turbidus hijs dictis propius ſe proditor offert



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Audet et os ori tetrum miſcere nitenti
Atqꝫ ita ſigna ferens pando dedit oſcula rictu
Hic ſubito daphnim inuadens ignobile vulgus
Dat poſt terga manus dat fortia vincula collo
Vtqꝫ reum raptans pulſat pellitqꝫ trahitqꝫ
Aſt alij cedunt alapis et iurgia iactant
Effunduntqꝫ grauis inmundo ex ore ſaliuas.
Ne tamen interea oblitus praebere ſaluteꝫ
Quamuis ſaepe labans turba premeretur ab omni
Auriculam malcho abſciſſam ſine labe reponit
Et monuit ne quis vagina educeret enſes
Cum gladio feriens mox ſit feriendus et idem
Sic veterem obſcura rapitur dum nocte per vrbem
Nunc eſt ad cayphan.nunc eſt traductus ad Annam
Rurſus ad herodis crudelis limina fertur
Pilati demum praetoria praeſidis intrat
Dum quaerunt quo ſe tueantur iudice ſontes
Jactatus multiſqꝫ probris affectus vbiqꝫ eſt
Dum ſilet.aut qui ſi timida non voce fatetur
Acrius inſultant.laudemqꝫ in crimina vertunt.
At ſocij fugiunt qua terror perpulit acer
Hoc tamen excepto in menſa qui fortior ante
Prodentem ad poenam furiata mente popoſcit
Mox Malchum inuaſit gladio.deiecit et aurem
Tum ſolo ancille admonitu ſtupefactus ad ignem
Abiurauit herum.verbis bis terqꝫ negando.
Nec potuit galli cantum expectare ſecundum
At qui prodiderat ſceleris ſibi conſcius acti
Abiecit nummos deſperataqꝫ ſalute
Infoelix nodum ficu ſuſpendit ab atra
Et poſtquam examis eliſa fauce pependit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Protinus huic rupto fluxerunt viſcera ventre
Poſtqꝫ igitur praeſes culpa damnare vacantem
Erubuit. monitiſqꝫ et viſis coniugis heret
Hijs dictis tentat populum placare furentem.
Proxima lux feſta eſt ſoliti dimittere ſontem
Hunc ſolui an Barrabam praefertis. dicite cuncti
Exclamant Barrabam. atqꝫ cruci te affigere daphnin
Poſcimus. haud huius (tulerint modo fata) timemus
Et nos et noſtros perfundi ſanguine natos.
Hinc alia ſtolidos ſi forſan mitiget arte
Expertus. durae nitidiſſima membra columne
Applicat. ac nudum manibus poſt terga reuinctis
Carnificum denſo contundens verbere cedit
Atqꝫ ita liuentem plagis ſparſumqꝫ cruore
Ad ſaeuae ducens iterum ſpectacula plebis
En ait en veſtrum placidi iam cernite regem
Perſiſtunt, regemqꝫ negant, certoqꝫ frementes
Supplicio. expoſcunt. vt ab arbore pendeat alta
Ergo vbi nulla datur iuſtum ſeruare facultas
Immitis lotis manibus ſententia fertur
Damnatoqꝫ ferox gens circumfuſa repente
In ſolio vt regem veſtitum murice ſiſtit
Illudens. capitiqꝫ grauem premit vſqꝫ coronam
Luctificis ſpinis et acerbo germine textam.
Interea haud lente patulis crux ardua ramis
Inſignis titulo et membris decoranda ſupinis
Quattuor ad mundi partes conuerſa paratur.
Haud ſecus illa olim fluctus ſuperenatat altos
Arca ſenem portans, ſeruataqꝫ ſemina rerum
Sic fuit e ramis ſuſpenſus aeneus anguis
Efficiens tutum genus a ſerpentibus atris



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Intutuq; leuans languentia corda potenti
Dic tuum, terga leuans vlnis extenſa apertis
Inter latrones potuq; affectus amaro
Amplexus genus omne verum referens ſalutem
Uulneribus quinis alienae crimina culpae
Diluit, et patriae extorres nos reddidit altae.
Sed natum cernens extinctum languida mater
Dat querulos planctus, materteraq; vtraq; luctus
Ingeminat, ſociuſq; gemens et amica, duaſq;
Finditur in partes velum altum et viua ſepultis
Corpora mixta ferunt intra vrbem erraſſe tremoremq;
In terris, triſtiq; orbem luxiſſe figura
Dum phoebe nigra texit ferrugine vultus
Et ſubito exorte clauſerunt cuncta tenebrae

## ¶ Aegloga octaua de Reſurrectione ſaluatoris Collocutores. Maria magdalene ſub nomine egles et ieſus ſub nõie achãti

C Onceſſa eſt tellus, tonuit polus aeraque ignis
Diffindens, ſubita tegit formidine mentem
Me miſeram ne quis diuini membra magiſtri
Suſtulerit, gelido nuper compoſta ſepulchro.
Atq; ideo genitor crepitantia fulmina torquens
Sacrilegos trifida properet conſumere flamma
O veneranda viri ſpecies vultuſq; beatus
Nil mortale gerens quamuis moriturus, et illa
Gratia maieſtaſq; oculis innata ſerenis
Frons riſus expers, verum mitiſſima cunctis
Supplicijs, ruſuſq; apparens ſaeua ſuperbis
Quae ſola intutu potuit terrere nocentes

Solariqꝫ inopes animos, curasqꝫ nouare.
Attactu curare greges, auraque ſalubris
Oris ab innumeris ſeruare armenta periclis
Siue hijs obfuerant infecti pabula prati
Seu vicium coeli, ſeu partes ſparſa per omnes
Tabifici laeſit praeceps contagio morbi
Quae verbis ſaeuos nouit lenire leones
Naturae variare vices, elemẽtaqꝫ ſacra
Voce mouens, veterem rerum mutare tenorem
O me foelicem tunc cum mea tecta ſubiret
Ad coenam tantus ſocijs comitantibus hoſpes
Foelix obtutus, cum me miſeratus egentem
Conſilij, conuerſa oculorum luce beauit
Foelices lachryme pedibus foelicia quondam
Oſcula fixa ſacris quiqꝫ hos terſere capilli
Et quod ſydereum corpus perfudit aroma
Fortunata ſoror qua componente recepit
Ille dapes, verum foelix per ſecula frater
Lazarus, e rapidi reuocatus faucibus orci
Praecipue foelix quae talem geſſit in aluo
Quae talem peperit, quae talem ſuſtulit vlnis
Et nati demum miracula vidit adulti
Excellens genitrix, ſed nunc miſeranda vel ipſis
Judeis, quibus in prolem exercere nefandum
Jus licuit, vitaeqꝫ auctorem opponere morti.
Inprimis ſtupeo placida quam mente peregit
Juſſa patris ſuperi, quam clemens iuit ad aras
Hoſtia, pro gregis electi mactanda ſalute
Crudelisqꝫ ſibi, nobis pius, obtulit vltro
Carnificum manibus pro noſtra candida culpa
Pectora, noſqꝫ ſui puro lauat amne cruoris.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Illa mihi ante omnes venerabilis heret imago
Viſceraq; euoluit, cum clauis fixus iniquis
Hinc atq; inde manus. et duro in ſtipite plantas
Spinarumq; graui traiectus tempora ſerto
Perfoſſuſq; latus letalis cuſpidis haſta
Ultima demiſit morienti verba palato
Eternum humano generi teſtatus amorem.
Nam ſitio dixit iuuenū que ſenumq; ſalutem
Diſcipulum hinc matri 'genitricem tradidit illi
Huic dicens mater tu que ipſe filius eſto'
Seq; pie faſſum tranſſcripſit in aſtra latronem
Hinc mox exclamat 'quid me deus alte relinquis
Hanc tibi trado animam. manibus pater excipe natum
Subdidit hocq; ſacro poſtremum effudit ab ore
Conſummata mei iam ſunt myſteria curſus.
Sed quid nunc video! quis duri ſaxa ſepulchri
Euoluit iuuenes. texit quos candida veſtis
Formoſaeq; decent alae, quis ſuſtulit almum
Corpus. et egregie cuſtos o villice terrae
Dic vbi quaeſo mei domini pia membra locaris
Me miſeram quid agam 'lachrymis quis finis; acerbis
Achan. Quid ploras mulier: viridi quem quaeris in horto
Non deinde hic queras. ſurrexit ad ethera chriſtus
Ecce vides vacuum quo nuper conditus antrum
Egles: Tu ne ipſe es nuper vita perfunctus achanthus
Qui crucis aerie fueras ſublatus in aram
Quem modo condidimus gelidi ſub fornice ſaxi
Pulchrior euictis tenebris poſt fata reſurgens
Prob' quam leta meam peruadunt gaudia mentem
Accedam. amplectarq; pedes venerande magiſter
Achan. Quin procul hinc faxis iubeo et me tangere noli

Nondum etenim ad ſummum conſcendi victor olympum
Sed pete diſcipulos.dic illic quod leuis alta
Aſtra peto,omnifici manſurus in arce tonantis
Ad dextramq; patris redeo.vnde ante profectus
O quam fauſta dies populis apparuit imis Egles
Et ſuperis.micuit quam laeto lucifer aſtro
Cum mors morte perit luxq; oīs luce redempta eſt.
Hoc quoq; non multum eſt.cum morti proximus eſſet
Ueridica genti praedixit voce prophanae
Euertam hanc dicens imis a ſedibus aedem
Et triduo euerſam mox rurſus ad ſydera tollam
Hoc etiam ionae caſus portenderat olim
Quem maris abſorptum ſeruans ſub gurgite cete
Illeſum euomuit ſuperaſq; efflauit ad auras
Tertia cum terris aurora reduceret orbem

## ¶ Aegloga nona de Aſcenſione ſaluatoris Collo. athanatus hoc ē chriſtus iaȝ immortalis.Et choros paſtorȝ atq; agricolaȝ.i.diſcipuloȝ ꝯgregatio

n Unquid adhuc durae geritis precordia mentis
Torpetiſq; gelu.nam quae vos tanta moratur
Segnicies.quid adhuc animis dubitantibꝰ obſtat
Num manifeſta fides operum et ſpectata meorum
Gloria.vos veteri potuit depellere ſenſu.
Ecce quaterdenis per terras rite diebus
Dum moror.euerſi poſt vincula rupta ſepulchri
Poſt erebum euictum.ſpoliataq; tartara ſanctis
Manibus.occluſo bis iam vos limine adiui
Oſtendiq; ſacrum quino cum vulnere corpus
Singula quae didimus digitis tractauit adactis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Pro ſe procꝫ aliis tenebras vt demere poſſit
Mentibus. aeternamcꝫ piis inducere lucem
Quin etiam apparens piſcoſo in littore rurſus
Cum mare ſeruaſſent per noctem retia fruſtra
Mane plagas multis oneraui piſcibus amplas
Vobiſcum ipſe fauo laetis epulatis in herbis
Tumcꝫ petens bis tercꝫ cepha me an prorſus amares
Te caput armentis ſtatui gregibuſcꝫ magiſtrum
Et iuſſi in terris tu paſtor maximus eſſes
Quod ſi verus amor ſtimulis vrgeret acutis
Non reſides non vos fieri pateretur inertes.
Ite igitur meacꝫ alma bonis diffundite campis
Semina. ſpemcꝫ gregis ſiluas mox inde per omnes
Tendite. paſtores pariter paritercꝫ coloni
Nam quicumcꝫ meis iunget ſe caulibus vſcꝫ
Credulus ac noſtro luſtratum tinxerit vnda
Nomine. ſacrata tollens aſpergine labem
Letiferi hunc fugient morbi peſteſcꝫ malignae
Nec fera nec diris comprehendet faucibus orcus
Expoſitus poenis quibus eſt incredulus omnis
Protinus et fidos certiſſima ſigna ſequentur
Nempe mea furias pellent virtute nocentes
Effundent variis diuerſa in murmura linguas
Monſtriferos verbis extrudent eminus angues
Toxica non illos poterit non laedere virus
Diffuſum ve olim per pocula nigra venenum
Languores quocꝫ luctificos agitabit ab aegris
Oſtendet quiſquis noſtro ſe numinedignum
Interea quoniam ſuperas feror altus in oras
Cum pompa ad patremcꝫ meum veſtrumcꝫ reuertens
Mecꝫ triumphantem excipiet mox regia coeli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Coelicolum et premiſſus adeſt mihi flammeus ordo
Obuius occurrens rutilis pulcherrimus alis
Expectate meus veniat dum ſpiritus. vt vos
Promiſſo illuſtret perfuſos lumine cunctos Cho.
I foelix o vere deus ſoboleſque tonantis
Athanate. et noſtri quondam reminiſcere coetus
Accipimus vocem coelo que lapſa ſereno
Purpureoque fluens fulgentis ab ore miniſtri
Nil miremur ait coeli per aperta tuentes
Teque olim ſimili rediturum ad prata tumultu
Aſſerit. vt poſſis extremo munere fungi
Et iuſta foetus pecorum ſuſpendere lance
Id ſignans Enoch deus extulit et face raptus
Flammigeri Helias penetrauit in aethera currus
Sidereum ſubito contingens turbine coelum
Senſit idem paſtor funda torquente giganti
Congreſſus. triplicique infringens verbere frontem
Dixit enim in ſummos tria magna potentis coelos
Proripuit. ſupraque deos erectus abiſti
Idem iterum aſcendit dominus. quem gaudia vocum
Clangoreſque tubaeque ad ſuperos comitant euntem
Nube leui heſurum Helias. praedixerat ante
Paſtor amos igitur ſummum molitur olympum
Vaticinatus ait. Micheas Daniel reliquique
Paſtores. etiam hoc concordi voce tulerunt.
Ergo hilares feſto feriamus pectora plauſu
Strataque multiſonis modulemur carmina cannis
Gloria mittenti redeunti gloria velox
Gloria ſit ſacro qui iam mittendus in igne eſt
Quorum ternus honos trunco prorumpit ab vno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

## ¶ Xegloga decima de emiſſione ſancti ſpiritus Collocuto. Duodecim apoſtoli. ſymboluꝫ chriſtianę religionis ſingulorũ traditõe inter ſe componentes

Xcipit egregio viduatum praeſide coetum
Clauiger. extremumqꝫ locum qui forte vacabat
Inter biſſenos remouens ſine nomine fratres
Illius oppreſſa qui nuper fauce pependit
Quam primum iubet educta decernere ſſorte
Nec mora ſorte data vacuo prelatus honori eſt
Matthias. partemqꝫ ſacri ſuſcepit ouilis
Et iam ſol radijs madidas ſiccauerat herbas
Rore! poli. fluuioſque e paſtu armenta petebant
Extemplo ſubito coeluꝫ reſeratur hiatu
Et ſacro tectum omne domus confunditur igne
Cum tonitru labens. qui turbam inuaſit in omnem
Nec laeſit quenqꝫ ſed frigida pectora fouit
Exacuens hebetes varia in preconia linguas
Res haud nota vnqꝫ. cum gens diuerſa coiſſet
Partbuſqꝫ et moedus. proceres quoqꝫ perſidis. et quę
Tygris et eufrates medius plana incolit arua
Nec non palmiferae cultor iudeus idumes
Capadoces. et quos fert pontus et aſia tellus
Dardanij atqꝫ phriges. ſimul et frondentis alumni
Pamphiliae. et populi lybiae atqꝫ aegiptia pubes
Et cyreneo veniens de littore vulgus.
Romanus. cretenſis arabs et mixta propago
Plurimus et properans ignoti epartibus orbis
Quiſqꝫ tamen patrio ſenſit ſermone loquentes
Quiſqꝫ ſuae audiuit conſueta vocabula linguae
Et quoniam ſimili afflati ſunt numine cuncti

Biſſenas noſtrae legis iecere columnas
Quas etiam vario priſcorum enigmate vatum
Signauere chori. fatorum nuncius ordo
Principioq; cephas ſurgens ſic dicere cepit
Eſſe deum qui cuncta poteſt. qui cuncta creauit — **Petrus**
Confiteor: ſummaq; orbem ratione regentem
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas
Poſt quem mox fratrem memorat ſic deinde locutum
Aſſero q̄ patris eſt ſoboles bonus inclyta chriſtus — **Andreas**
Unicus et mundi dominus princepſq; ſalutis
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas
Scribarum hinc ſubito excipiens ita ſignifer inquit
Nunc reor intacta puerum de virgine natum — **Joannes**
Atq; operante ſacro conceptum pneumate ieſum
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas.
Quartus ab hijs Jacobus ait Zebedeia proles
Ipſum etiam teſtor Pilato praeſide paſſum
Pro nobis toleraſſe crucem. ſubijſſe ſepulchrum — **Jaco. ma.**
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas
At didimus nihil addubitans haec aſſerit vltro
Solueret vt patres. manes deſcendit ad imos. — **Tho.**
Et rediit cum ſe lux tertia reddidit orbi.
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas
Ex hinc alpheus confert quae ſenſit in vnum
Ad ſuperos penetrans dextrae patris aſſidet alti — **Jaco. minor**
Omnipotens victorq; herebi cum flamine regnat
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas
Moxq; ſcytham hec perhibent alijs memoraſſe philippum
Hinc iterum iudex functis viuiſq; redibit — **Philippus**
Sontibus vt poenas et iuſtis premia reddat
Ergo vni ternoq; deo ſit fauſta poteſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Bartho. Inde lichaonie ſic ſanctus protulit hoſpes
Eſſe deum hunc credo qui nos modo limine ſancto
Luſtrauit. patris ac nati ſpiramen amorqꝫ
Ergo vni terno que deo ſit fauſta poteſtas
Matthe. Mattheus cecinit deſerta haec denique menſa
Sunt quoqꝫ membra dei ſummo de vertice totum
Concilium hoc christiqꝫ omnes ſub nomine coetus
Ergo vni terno que deo ſit fauſta poteſtas
Symon In ſacroqꝫ ſymon decimus ſic ordine fatur
Cuncta iubente deo fient conuiuia ſanctis
Purgandiſqꝫ hominum ſunt certa pericula culpis
Ergo vni ternoqꝫ deo ſit fauſta poteſtas.
Tha. Accedens Thadaeus ad haec eſt pauca locutus
Corpora ſubuerſis erumpent functa ſepulchris
Perpetuoqꝫ ſuis animae ſac foedere iungent
Ergo vni ternoqꝫ deo ſit fauſta poteſtas
Suſpectuſqꝫ hijs Matthias vltimus inſit
Vita beata pijs a pietatis gloria. ſummumqꝫ
Eſt precium eterno in tutu ſpectare tonantem
Ergo vni ternoqꝫ deo ſit fauſta poteſtas

## Aegloga Undecima de vltimo iudicio quo iuſti ab impijs diſcernentur et diſtinguentur. auctor ſolus loquitur

Empus erat celſo cum ſnmmi e vertice montis
Fulmineus paſtor pecuaria tota recenſens
A niueis tetros agnis ſecerneret hedos
Inqꝫ vrbem elatis armenta reduceret aruis.
Nam lupus ille ferox paſtoris nomine captas
Seducens pecudes, nunc vi nunc ſeuior aſtu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Deceptos laniare greges conſuetus in eruis
Cladibus infandis ſignatum affecerat agmen
Lugubriqꝫ plagas balatu impleuerat omnes
Jam fera tempeſtas praemiſerat horrida terris
Signa. quaterdenas elatus pontus invlnas
Hinc rurſum informi reuolutus ad ima receſſu
Prodidit obſcoenas ſubtracto gurgite valles
Ballenae phocaeqꝫ graues ſcopuloſaqꝫ cete
Ultima luctiſonos miſereqꝫ ad littora planctus
Torrida multifidis arſerunt aequora flammis
Omnis ſanguineis ſudauit roribus arbos
Omnis auis triſtes celebrauit in aere coetus
Corruerantqꝫ domus. rutilis mox vndiqꝫ ſepta
Jgnibus aerios vaſtarunt fulmina tractus
Colliſi lapides. tremor et telluris hiulcae
Omnia terribili proſtrauit corpora motu
Uallibus equati montes. et turbine rapti
Puluereo. planos texerunt aequore campos
Egreſſi ex antris homines inſana tulere
Ora. nec alternas potuerunt reddere voces
Jnqꝫ fores tumuli reſeratis oſſa ſepulchris
Conſtiterant ſolide reditura in corpora molis
Proripuere ſuis delapſa e ſedibus aſtra
Mortiferaſqꝫ comas totum ſparſere per orbem
Jnqꝫ vnum coiere ferae lugubreſqꝫ gementes
Poſtremo cecidere omnes iuueneſqꝫ ſeneſqꝫ
Ut rurſum inſuperas remearent coelitus auras
Et veteri exciſo flammis populantibus orbe
Extructoqꝫ nouo poſt tanta incendia mundo
Antiquos rediit ſurgens ſtirps omnis in artus
Judicis horrifici extremum ſubitura tribunal



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Haud ſimile huic ſapiẽs Salomon quod prodidit olim
Judicio dubio matrum inter iurgia nato.
Ergo vbi rauca dedit ſonitum tuba protinus omnes
Excitae coeunt diuerſo e littore gentes
Quas oriens phoebus radijs afflauit eois
Quaſq; cadens tepido luſtrauit lumine. quaſq;
Vidit vterq; polus. boreas quas pflat et auſter
Omnis relligio. lex omnis ſexus et aetas
Quilibet ordo hoĩm. quocumq; in tempore natus
Quiſq; gerens patula culpas in fronte notatas
Quiſq; ſuis ſtudijs et vitae nobilis acta
Currit in exiguam vario ſufflamine vallem
Quos ſupra oſtendens multo ſe lumine paſtor
Fortibus aſſeclis fulgentiq; agmine ſeptus
Et quino decorans plagarum ſtigmate corpus
Conſtitit ore ferox haud exorabilis vlli
Hinc rectam liquido ſuſpendit ab aere libram
Lancibus expendens geminis fas omne nefaſq;
Et merita. et noxas laudes et crimina ſepti
Nec mora quos nimio curuari pondere culpae
Cernit humi. legat iuſtis ad tartara poenis
Perpetuo vt nunq; cruciatu occumbere poſſint
Exhauſti. ſed fine carens dolor vrgeat illos
Hic vbi triſtis adeſt horror ſtridorq; gementum
Et labor et facies rerum maleſana chaoſq;
At quos in nitidum volucres ſine crimine coelum
Altius efferri ſublato examine vidit
Deſtinat aeternis coetu plaudente triumphis
Hic vbi ſancta cohors recti ſibi conſcia gaudet
Calcato foelix mundo. potiturq; tonantis
Intutu. cunctis opibus quem praetulit vnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

## ❡ Aegloga duodecia de vita beata. Collo. Arinni‑ ns et Geraldin⁊ ſub noib⁊ lyci et lyncei agricole ⁊ paſtoris

Jc mihi meq; doce tanti quae meta laboris
Quis fructus ſtudijs: quae noſtri premia cultus
Expectanda putes operoſi carminis auctor
Stirpe Geraldina: et priſcis generate ſabinis.
Nam ſi perpetuus labor eſt merceſq; caduca
Pro granis paleas reddens pro fructibus vmbram
Mallem equidem nunq; terras coluiſſe malignas.

Lyn.

Heſperidum cuſtos Lyce agrorum et cultor Arinni
Foelix iſta tibi toga ſit. foelicibus opto
Auſpicijs. fuluus iſta legas quae poma tuetis
Hoc iubet alcides noſtrae quo vindice terrae
Purgantur monſtris. cui ſulget purior aetas
Secula compoſitis qui gentibus aurea reddit
Hiſpaniq; docet mauros iuga ferre leonis.
Sed tibi quando petis rerum me dicere curſus
Euentuſq; operum ſupremaq; fata ſenectae
Alcinoi arboribus poſcis me adiungere foetus.
Triptolemiq; ſatis frugales addere culmos
Quin rogo tu potius validas dum ſcindo nouales
Venturiſq; paro cerealia meſſibus arua
Dumq; tue paſcuntur oues. age confer in aurem
Nunc aliquid. cantuq; meum ſolare laborem
Ac ſi forte frequens te cepit opinio vatum
Quos ſequeris. dic an tantum bona ſumma putaris
Quae ſpectas. nec deinde velis optabile quicq;
Extinctoq; omnes finiri corpore curas

Lyn.

Non cadit inſanas fallax ſententia mentes
Nec me Naſonis ſeducunt carmina, nec me



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Falſus Ariſtippi traducit ad aula limes
Nam ſtultum in fragili eſt ſpem certam ponere fune
Et plenam a canna puppim relegare paluſtri
Uerum hec vita breuis noſtrae data lubrica tandem
Area miliciae meliora ad regna remittit
Hic labor eſt.illic ſunt premia certa laboris
Ergo illic non arma ferent.non bella mouebunt
Nullaqȝ terrificos emittent caſtra tumultus
Nec fora nec leges nec iudicis ora minacis
Terrebunt ſontes.nec inanis ſplendor honorum
Sollicitos tota proceres agitabit in aula
Ambitio ve agitans regimen.venalia prodet
Munera.nec metus hos illos vrgebit egeſtas
Non amor aut odium ſcelerata in carmina pellet
Inueniet ve nouas artes immenſa cupido
Quae nullo rerum partarum expletur aceruo.
Quin etiam nullus ſolitis erit artibus uſus
Ceſſabit vomis.ceſſabunt raſtra.ligones.
Sarculaqȝ et marrae falces et plauſtra trabaeqȝ
In coelum nimijs iam nemo palacia tollet
Sumptibus.aut operam conducet.iners ve locabit
Aſcia nil.nil ſerra dabit.magnaqȝ dolabrae
Circinus atqȝ aequans iuncturas regula varas
Nam nec nauigijs coniunget littora quiſqȝ
Nec trahet inuectas vllus per flumina merces
Magna refers et vera quidem.maiora tamen ſunt
Quae reputo.ſed iam paulisper ceſſet aratrum
Quandoquidem haud facile eſt mentem exercere manumqȝ
Hic aer noſtrum qui luſtrat pendulus orbem
Non varias ſumet formas.nunc lucidus.et nunc
Turbidus aut raras tendens in vellera nubes

Non niue non pluuia non grandine . non grauis eſtu
Non ventis agitatus aget bona noſtra per auras
Nec vel nocte dies vincetur tempore brumae
Uel nox victa die paucas redigetur in horas
Non erit autumnus non ver . non bruma nec eſtas
Nec qui temporibus dirimit ſol quattuor annum
Nec altos tollet currus nunc preſſior ibit
Per duodena means obliqui tramitis aſtra
Ipſe immo reliqui quos idem concitat error
Conſiſtent : nec deinde polus q̄ caetera torquet
Uertet agens ſecum ſeptenos mobilis orbes
Cunctaq̄ compoſito iam tandem fine quieſcent
Pulchraq̄ erit facies elementis . ſplendida ſemper
Nec quicq̄ dehinc fecis habens . quippe ordine miro
Poſt vbi conciderit flammis luſtralibq̄s orbis
Candidior mox deinde nouo ſe lumine tollet
Ut quae nata indis aſueſta feruntor a renis
Lina . ſuos vertit dum gens mortalis ad vſus
Bauſape vellantis texens mantilia menſis
Ut niteant rapido longum torrentur in igne
Qui veteres labes maculoſaq̄ tegmina demit
Sic igitur dempto reuireſcet pondere mundus
Emergetq̄ acris reparatus flore iuuentae
Ut poſitis ſpolijs iuueneſcit lubricus anguis
Fixus ab integro ſic vt nec ſecula poſſit
Eruere aut auida vaſtare voragine tempus
Hinc reor vt veteri corrumpi neſcia caſu
Corpora naſtra leuis tollet ſuper aſtra volatus
Nec maleſuada cibi deinceps cura tenebit
Cum nec mortali fuerint obnoxia fato
Nec metuent animae cenſoris adire tribunal

Quando dei iuſto libratae examine noſcent
Se ad feſtos thyaſos et gaudia certa vocari
Ergo eius viſu ſecura in pace fruemur
In commune hilares omnes, meritiſq; beatus
Quiſq; ſuis, nec lapſus erit nec terminus cui
At preſens et fine carens ac ſumma voluptas
Rite ſapis vates, nec quicq; certius iſtis
Aſſeritur dictis, modo ſenſus facta ſequantur
Et manifeſta fides operum ratione probetur.

¶ Impreſſum Dauentrie per me Jacobū de Bre da Anno domini. M. CCCCC. viij. In profeſto decollationis Joannis baptiſte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

¶ Auctor carminis de ſeipſo Epigramma

Tres mihi dant nomen terrę. tris laudibus orno
Oenotriam. heſperiam. trinacriamq; plagas
Illa tulit. fouet hęc retinendo. tertia paſcit
Sicq; genus ſic ars ſic mihi fluxit honos
Stirpe geraldina ducens Antonius ortum
Temporibus lucem principibuſq; dedi
Nam luſtraui orbem regum legatus. et horum
Deſcripſi varijs geſta decuſq; modis
Hęc mihi terdenos intra ſors contigit annos
Mox ſacer ad ſacras res mea vota tuli
Namq; elego faſtos. lyricis ſed verſibus hymnos
Heroico cecini myſtica ſacra pede
Fernando foelix vixi ſub principe. ſub quo
Maurorum europę ceſſit ab orbe genus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
234 M 12